



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Capvt VI. De fide Nestorii, quoad alia quinque dogmata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

Ex altera Nestorii epistola scripta ad eundem.

Fragmentum
textus.

Has literas ad tuam amplitudinem nobis perscriptas, sive ut argumentum amoris erga te meci, sive ut admonitionem a patre ad filium missam ducis, animum, quaeso, attende rebus in illis explicatis: quæ sane permultæ sunt, eaque paucissimis verbis, quantum fieri poterat, a nobis comprehense. Oas quæ Ibis quoque dicitur, Nomadum multitudine in eam irruptionem faciente jampridem penitus vastata est. Et paulo post: Quæ res cum ita accidissent, tua amplitudo, nescio qua causa impulsâ, aut qua arrepta occasione, iussit ut ad regionem quamdam, Elephantinam nomine, sitam ad extremam oram provincie Thebaidis, per milites barbaros ex Panopoli abduceremur: quo quidem manu militum, quos dixi, misere raptati sumus. Ac cum itineris longitudine essemus fracti contritique, mandatum minime scriptum illud quidem rursus a tua magnanimitate accepimus, uti Panopolim reverteremur. Itaque molestiis, quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitari, corpore morbo vexato, & præ senectute languido, manibus etiam & lateribus confractis, venimus denuo Panopolim, ibique adversis casibus, & acerbo dolorum morsu concisi, fere animam egimus. Rursus aliud mandatum scriptum a tua celsitudine ad nos allatum nos a Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. Ac cum nos jam finem mandatis contra nos editis statutum

fore putarem, expectaremque Imperatorum illustrissimorum de nobis voluntatem, de improvise aliud crudele sane dabatur mandatum, ut jam quarto mulctaremur exilio. *Ac paulo infra:* Sis, quaeso, his rebus gestis contentus; satis sit tot exilia contra unum corpus decrevisse; acquiescas, amabo te, incommodis, quæ jam abs tua amplitudine accepimus. *Quæstionem, quæ est exercenda de nobis, (per quos oportuerat causam declaratam fuisse) quaeso, Imperatoribus nostris invictissimis, ut æquitas postulat, permittas.* Ista consilia a nobis ad te, tanquam a patre ad filium scripta sunt. Quod si eadem jam, sicut antea, graviter & iniquo animo feras, fac quod voluntas jubet, si modo vincere ratio non possit voluntatem.

PRÆTER istas epistolas, duæ aliz reperiuntur in actis Ephesinæ & quintæ synodi: prior est relatio Nestorii ad Imperatorem de gestis in synodo, quæ die depositus est, nihilque habet singulare, propter quod huc refectri debeat, cum sit obvia vnicuique conciliorum codicem tractanti; posterioris, quæ ad Alexandrum Hierapolitanum, breve est istud fragmentum.

OPORTET manere naturas in suis proprietatibus, & sic per mirabilem, & omnem rationem excedentem rationem, vnam intelligi gloriam, & unum confiteri Filium. *Et iterum:* Non duas personas vnam personam facimus, sed vna appellatione Christi duas naturas significamus.

CAPUT VI.

De fide Nestorii, quoad alia quinque dogmata.

Quorum errorum, pietatis, nomine suspectus Nestorius.

PRÆTER impietatem illam notissimam, cujus Ephesi Nestorius, suo ipsiusmet testimonio, convictus est, atque totius Ecclesie sententia damnatus, aliorum errorum nomine fuit olim suspectus, & pergit etiamnum esse quibusdam, illisque nec paucis, nec indoctis. Sunt illi errores saltem quinque. Primus ad processionem Spiritus sancti pertinet; alter ad mercenariam, ut ita loquar, divinitatem Christi; tertius ad peccatum originis; quartus ad gratiam, quæ bene vivitur; postremus ad corpus Christi in Eucharistia. Visus enim est asseruisse, Spiritum sanctum a solo Patre procedere, hominem suis operibus unionem cum Verbo meruisse, solam in Adami posteros transire pœnam mortis, gratiam in sola lege doctrinaque & exemplo Christi esse positam, denique Christi corpus esse quidem reipsa præfens in Eucharistiam, non listi tamen, per admirabilem illam conversionem,

quæ ab Ecclesia transubstantiatio vocatur, sed per solam tantum *transmutacionem*, seu *conversionem*, quæ impanatio frequentius dicitur.

§. I. Quid Nestorius senserit de processione Spiritus sancti.

NEGATA processionis Spiritus sancti a Filio reus olim visus est Nestorius, nostraque etiam ætate creditur a viris magni nominis, & doctrina præstantibus. Causa cur ita visus sit, credaturque fuit, primo quod Theodorum magistrum audierit. Deinde, quod Theodoretum, & condiscipulum & amicum conjunctissimum habuerit. Tertio, quod Pelagianis communionem doctrinae fœderatus sit, ut Pelagianorum confessiones probant. Quarto, quod Theodori symbolum tradiderit populis, quasi certam fidei regulam, ipsumque adeo fecerit suum, cum suæ communionis tesseram esse voluit. Quinto, quod reprehensionem anathematissimorum Cy-

Rationes cur Nestorius videatur reus negatæ processionis sancti Spiritus a Verbo.

illi a Theodoro tanto certius probavit, quanto studiosius, & faciendam curavit, & spar- sit in vulgus. Denique, quod Arianos Macedo- nianosque, velut hostes infensissimos, more suo, id est, impotente contradicendi libidine op- pugnaverit.

Hujus enim hæresis Theodorus parens au- ctorque perhibetur. Hanc Theodoretus a Theo- doro magistro acceptam acriter palamque de- fendit. Hanc procul dubio Pelagiani secuti sunt, qui de processione Spiritus sancti non aliter dixerunt verbis sententiam in libellis sue fidei quam quæ ex Theodori symbolo descripserunt.

Hanc symbolum Theodori non obsecrare indi- cat, cum ait: *Sed nec Filium illum (Spiri- tum sanctum) putamus, neque per Filium suam subsistentiam habentem.* Hanc aperte prodit re- prehensio anathematismi noni, cum rejicitur velut impium quiddam ac blasphemum, *qui cum Patre & Filio, non est deus, non est dominus, non est coequalis Patri & Filio, non est co- creator, non est co-creator, non est co-creator, non est co-creator.* Ariani denique cum Macedonianis catholicam senten- tiam dicebant, non tamen sensu catholico, san- ctum nempe Spiritum a Patre & Filio proce- dere.

Observatio de Ariano & Macedonia- nis.

Quæret obiter quispiam, cur Ariani Macedonianique super ea questione, aut sentiobant, aut potius loquebantur cum catholicis. Id fecerunt, opinor, quo errorem suum, de Spi- ritu sancto inter creaturas censendo, possent tribus assumptis principis probare. Primo, quod Spiritus sanctus a Verbo procederet, ut erat traditio majorum. Deinde, quod omnia præter Filium ipsum & Patrem, per Verbum facta sint, juxta Evangelistæ vocem. Denique, quod communis hominum notio sit, creaturam esse, quiddam factum est. Concludebant enim; Ergo si Spiritus a Verbo procedit, & quiddam a Verbo procedit, factum est, & omne factum creatura est, Spiritus certe creatura est.

Non videntur tem conficere.

Hæc ut faciant suspitionem non levem, eam- que magnorum virorum Bellarmini, Petavii, Allatiique auctoritas sanè gravissima non mediocriter augeat, non assentior tamen admodum lubens. Neque enim memini, me usquam libro- rum Nestorii legerè, quod valeat ad opinionem tantorum virorum confirmandam: imo videor mihi videre, quod infirmer. Nam in contradi- ctione noni anathematismi, cum potuisset Nes- torius, Cyrillianum illud, quod Theodoretus verbis tam contumeliosis arguit, traducere, ma- luit implicatum aliquid asserre de mediatione Spiritus sancti, seu ope, qua Christus copulatus sit Verbo, quaque miracula in hominibus pat- rarit, & in demones potestatem exercuerit, quam verbum vllum facere de processione Spi- ritus a Filio, de qua Cyrillus aperte sententiam dixerat, non in anathematismo illo tantum, sed in ipsa epistola, cui subjuncti sunt anathema- tismi. Scripserat enim: *Et si quis dixerit, quod Spiritus sanctus, non est deus, non est dominus, non est coequalis Patri & Filio, non est co-creator, non est co-creator, non est co-creator, non est co-creator.* Quamvis enim in sua sit subsistentia Spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietates, juxta id quod Spiritus est, & non Filius, attamen alienus non est ab illo: nam Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est, vnde ab isto similiter, sicut ex Deo Patre, procedit.

§. II. Quid senserit Nestorius de retributa ope- ribus Christi unione cum Verbo.

Nestorius, qui fuit in partitione secundus, suspicione Nestorium absolvimus capite pri- mo, ubi ostendimus, ortam esse popularem ac- cusationem ex eo, quod Nestorius de Incarna- tionis modo eadem omnino sentite crederetur, quæ Paulus Samosatensis & Leporius, a quibus tamen mirum quantum discrepabat, quoad tempus constata naturarum unionis.

Non erravit hac in parte Nestorius.

Neque vero falsa hæc opinio de Nestorio, Oc- cidentalibus solis illustri, auctore, ut videtur, Cas- sianus; sed Orientales quoque non paucos decepit, atque ipsum aliquando, quod mirabile est, Cyri- lum: vilis est enim ipsi Nestorius Virginem Christi matrem *θεογον* dicendam idcirco negare, quod Christum operibus crederet conjunctionem cum Verbo, quasi mercedem laboris, esse promeri- tum. Verum id initio accidit, cum obscura esset adhuc hæresis, seseque timide, aut callide potius per partes proderet, atque ita falleret pru- dentes quosque, ipsiisque etiam Cyrillum, qui tamen, re postmodum magis perspecta, hanc opinionem deposuit. Vide quæ dissertatione septima in priorum partem operum Mercatoris dictum est, cum revocaretur ad examen epi- taphium quoddam Prospero tributum, quod communi Nestorianæ Pelagianæque hæresis se- pulcro inscribendum Poeta elegantius, quam verius scripsit.

§. III. Inquiritur opinio Nestorii de peccato originali.

NON perinde promptum est, ferre judicium de mente Nestorii in hac parte tertia, quam in prioribus. Crimen enim tertii erroris, quod non sit tradux peccati, sed sola sine culpa ab Adam in posteros pœna mortis transeat, nec facile depelli potest, nec clare approbari. Sunt in utramque partem conjecturæ neque paucæ, neque leves; sunt & testimonia virorum gravissimorum hinc & inde pugnantia.

Difficultas quaestio- nis, propter pu- gnantes hinc inde rationes.

Pro depellendo crimine facit, primo testimo- nium Celestini papæ Nestorio scribentis: *Legimus, quam bene teneas originale peccatum: qua- liter ipsam naturam assereris debitoricem, & cum merito debitum reddere, qui descendis de genere debitoris.*

Argumentum primum pro parte negati- va. 1. pari. tom. 4. epist. 6. 15.

Facit deinde illa ipsa Nestorii sententia, in Secundo- quam Celestinus scribens animum intendebat: *Christus debemus suscepit personam naturæ, & per eam debitum tanquam a deo filius reddidit; oportebat enim debitum luentem ex genere de duci ejus, qui id aliquando contraxerat.*

Argumentum secundum. 1. pari. tom. 7. num. 14. 2. pari. tom. 11. num. 19. 3. pari. tom. 12. v. 11.

Tum ista ejusdem sermonis verba: *Hæc de diaboli victoria Christus agens triumphum. Nunc judicium, inquit, est mundi hujus, nunc prin- ceptus mundi mittetur foras. Sicut enim protopla- sti tenuit diabolus culpam adversus omnem ejus posteritatem, & originariam habuit actionem; sic inculpatus in Christo primitias massæ suæ naturæ cum possideret, adversus diabolum nitens, ipsis vincebat defensionibus, de quibus adversarius presumebat: in Christo enim justissime primitiarum suarum contra eum inculpata originem profert, si priores ex Adam reatus causæ diaboli ingerit. Et hoc est quod Paulus ait: Christus mortuus est pro peccatis nostris; imo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, etiam interpellat pro nobis.*

1. Rom. 8. v. 31.

Quartum. Denique sermones quatuor adversus Pelagianos, quorum in primo naturæ fetus dicitur, cunctur maledicti & condemnati; dicitur partium difficultas, quæ naturalis olim erat, in corporibus male dicta propter peccatum: quin ipsa terre velut iniquitas, sudoribus coarctantium non respondentis, peccato Adæ tribuitur; imo & catechumenus ad suscipiendam baptismi gratiam ea de causa incenditur. Negligentibus malis obligatus Adam est; ipsi & tantis etiam ipse mergatur, & auferat secum pœnales sententias, adversus naturam prolatas.

In secundo habentur ista: Ille (diabolus) peccatum ex Adam tanquam chirographum proferebat; ex diverso Christus, ex carne sine peccato, debiti huius evanatione nitetur: ille condemnatio, quæ per Evam adversus totam naturam processerat, relegat; Christus vero mortificationem, quæ per beatam Mariam generi obveniat, referebat. Et postea: Manet autem debitor catechumenus, tanquam ejus, qui evanavit chirographum, alienus: cuius cum anima de carne migraverit, angelis per dæmonibus animarum se immiscens diabolus, hanc, inquit, meam exitantem cur eripitis animam? Meum jus, meam invaditis possessionem, meos invaditis debitores. Quod sciam id videtur, quod fit apud homines, melior hæc de catechumenis oratio obtinebit, ad dente diabolo: Illi eis in terris Ecclesiarum januas claudunt; vos autem ad eorum susceptionem de celis occurritis. Furi meo, o angeli, vim inferre conamini. Quid enim vobis cum catechumenis videtur esse commune? Non sunt venati ex aqua & spiritu, ut perducantur a vobis ad regna calorum: hereditati, quæ obnoxia mihi est, non renuntiant.

In tertio. Duplex in nos mortalitas grassabatur, una quidem accidens mortali ex peccato facta nature: altera quæ scientiæ abiectione contingit. Ignorare enim Deum, insensibilitatis, quæ ex morte evenit, similitudinem gerit. Virique ergo mortis opifex diabolus factus est: quem Christus elidens ex utraque vitam nostram mortificatione levavit.

In quarto denique. Sicut in Adam hominum natura accipiens fundamentum, ejusdem fundamenti ruina collapsa est, & facta est sub manum & potestatem diaboli, qui deiecit Adam: sic Dominum Christum Ecclesia fides habens fundamentum, manet ejusdem fundamenti virtus immobilis, & secunda, atque inconcussa, sui capitis firmitate, quæ diselli non potest. Et sub finem: Natura lapsa restauratorem diligamus, amplectamur eum, qui communis inimici vires ac nervos incidit, &c. Firmissima videntur in speciem hæc argumenta, sed suam ipsamet infirmitatem produnt, si modo quæ proferuntur, paulo diligentius perspiciantur.

Nam ut a verbis Celestini ducam initium, quantumvis illa Nestorii fidem extollere videantur, ostendunt tamen, non omnem omnino suspensionem ex animo Pontificis sublatam fuisse. At enim: Quid tecum faciunt, qui sunt hæc negando damnati? Nunquam sine suspitione ea, quæ sibi sunt adversa, conveniunt. Efficere denique, si sibi quoque displicerent.

Deinde, Pontificis suspensionem Nestorius ipse argere potest: nam debitum mortis, quo naturam totam obligatam dicit, corporis esse, non animi, aperte significat. Unde, Interpellat, inquit, a Christo iudicia nostra, libera prorsus ab omni peccato, & ortum injusta defensio contra penam nostram, quam ex initio ille, qui

prior figuratus est, suo generis intulit: Hæc suscepti hominis occasio, ut homo per carnem dissolveret, quam per carnem meritis est corruptionem.

Quidquid sermonibus quatuor contra Pelagianos nihil aliud efficit, quam quod mors corporis, parturientium ægritudines, & agricolarum sudores, ortum induerint a primi hominis peccato; id vero nusquam tradit propagari ad posteros. Adde quod, ubi mentionem facit chirographi adversus homines a diabolo prolatis, solius mortis meminit. Diabolus autem proferebat, quod est adversus naturam, illud chirographum, quod scriptum est: Terra es, & in terram ibis. Et in- stabat ex hoc generationes hominum morte consumens.

Imo pelagianizant non obfere de baptismo propter regnum calorum suscipiendo. Hoc beneficium omnibus confert lavacri salutis necessarium sacramentum: qui enim ablutus est baptismo, fit illius domesticus, & concorporatus, & familiaris, qui illud chirographum solvit, & cum ipso calorum efficitur incola. Ubi enim ego, inquit, illic & minister meus est. Et postea: Non sunt venati (catechumeni) ex aqua & spiritu, ut perducantur a vobis ad regna calorum.

Denique in tertio & quarto sermone meminit quidem gemine mortis, corporis & animi, cujus utriusque auctor sit diabolus: tradit quoque naturam, Adam sic tanquam fundamenti ruina, collapsam; quæ videntur facere plurimum ad astruendam peccati originalis fidem. Verum inde nihil amplius remissa efficitur, quam quod primus homo peccaverit, mortisque peccati pœna ad posteros, cum peccandi exemplo transierit: quod diaboli, qui princeps mortis, tyrannidi genus humanum obnoxium extitit, ex eaque tyrannide nos Christus ereptos, immortalitatis & regni calorum participes effecit: quæ omnia Pelagianos plures, post Honorii functionem & tractatum Zosimi, falsos esse, testis est Augustinus.

Hæc & alia cum afferant ancipitem, mutua collisione, conjecturam, certam, mea sententia, opinionem facit, apertamque Nestorii convictionem, synodus de qua diximus in notis ad secundam Nestorii epistolam. In hac enim, præsidente Nestorio, defensoribus peccati originalis anathema dictum est, catholicumque dogma ioret Manichei Marcionisque impietates rejecit. Et vero quid poterat aliud vel a Theodori discipulo, vel a Cælestianorum patrono expectari?

Cur ergo, dicit aliquis, contra homines, quibuscum sentiret, in Ecclesia palam, ipsis etiam audientibus, non semel, nec per transfennam, sed ter quaterve, oratione prolata dixit? Id fecisse vesperillum hominem puto pluribus de causis: primo, ne occidentalis Ecclesiæ, unde ejecti erant Pelagiani, cuiusque gratiam captabat, iram in pertinaces hereticos conceptam in se converteret. Deinde, ne contra Honorii imperatoris functionem, adversus ejusmodi homines scriptam, & in Oriente etiam publicatam, peccare videretur. Tertio, ne Theodori Antiocheni episcopi, a quo ordinatus fuerat, sententiam in Pelagium latam improbare crederetur. Quarto, ne quid committeret in memoriam, sive Attici præcessoris sui, qui eorumdem Episcoporum legatos confutaverat, & Celestium ex urbe regia expulerat; sive Sisinii, qui iudicium Attici secutus erat. Quinto, ut ne Præsulum

Serm. 1. adv. Pelag.

Serm. 1. adv. Pelag. nu. 7.

Ibid. num. 10.

Serm. 3. num. 4.

Serm. 4. num. 4.

Argumentorum hujusmodi infirmitas ostenditur.

Primi.

Secundi & tertii.

Serm. 7. num. 10.

Quarti.

Serm. 1. adv. Pelag. nu. 5.

Gen. 3. v. 19.

Ibid. num. 9.

Part affirmativa aere demonstratur.

Objeccio.

de retributa app...
tionem secundam...
Nestorio, Oe...
videtur, Cas...
vancos decepti...
abile est, Cyril...
iginem Christi...
negare, quod...
nctionem cum...
esse promissi...
obscure effi...
re callide po...
falleret pra...
Dyrrillum, qui...
specta, hanc...
dissertatione...
Mercatoris...
examen epi...
tam, quod...
e hæresis se...
quam

de peccato

re iudicium...
arte tertia...
reli erroris...
a sine culpa...
is transeat...
approbati...
uræ neque...
ia virorum...
ia.

io testimo...
ntis: Legi...
atum: qua...
m & cum...
de genere

tencia, in Secunda...
tendebat: Serm. 7. nu...
re, & per...
dit: opor...
dnci ejus,

Hanc de...
im. Nunc...
anc prima...
protopla...
nem: sic...
ia natura...
m, ipsi...
versarius...
nitiam...
proferri...
ingerit...
tuus est...
xit, qui...
nobis.

Cilicia secunde, qui coacta synodo in Juliano sententiam dixerant, animos, quos sibi conciliari non parum intererat, abalienaret. Sexto, ut, quod ionuit Mercator, Mopluetheni malam fidem amularetur, qui quos diligebat impense, quibusque, libris etiam editis, consentiebat, in praefata sua provinciae synodo, invidia declinandae causa, verbo tenus damnarat. Septimo, ut Celestiorum ope tanto postea securius vteretur, quanto minus in speciem eis vivere videretur. Denique, ne duorum simul errorum invidiam sustineret, quorum unus suspicione pene obrutus jacebat.

In praefata
adferuntur
Nestorii.

§. IV. *Quae fuerit opinio Nestorii de auxiliis gratiae divinae per Christum.*

De quarto errore circa auxilia gratiae dictum jam alias.

Serm. 3. ad-
versus Pela-
gianos.

Observatio
ad verba Ne-
storii purum
Pelagianum
continentia.

1. Cor. 15. v.
12.

DE quarto errore, qui ad gratiae divinae auxilia pertinet, diximus in notis ad tertium sermonem adversus Pelagianos: ubi observavimus, meminisse Nestorium geminae mortis per peccatum contractae, & a Christo destructae: alteramque definitivam solutionem animi a corpore, alteram, ejusdem separationem a Deo. Duplex, inquit, in nos mortalitas grassabatur, una quidem accidens mortali ex peccato facta natura: altera, qua scientia abiectione contingit: vniisque opifex diabolus factus est, quem Christus elidens, ex utraque vitam nostram mortificatione levavit, animam videlicet praeceptis vivificantibus erigens, resurrectione vero, id quod mortale est, recreans atque restituens.

Ad quae verba notandum est, Nestorium, cum mortem animi abiectione scientiae definit, vitam animi, non in caritate constituit, sed in scientia; atque ita Christi gratiam, praeceptis vivificantibus, non dissolutione caritatis, hoc est, lege & illuminatione mentis, non gratia & inspiratione voluntatis, circumscribere: quae omnia pura pura sunt Pelagianorum dogmata.

Hanc ob rem aiebat, incarnatum fuisse Verbum, & habitasse in homine, quem assumpsit, ut hominem, id est, divinae naturae imaginem dejectam in corruptionem, restitueret. Sed quam corruptionem intelligeret, mox declarat, adducto Apostoli testimonio: *Quoniam per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Inde etiam factum est, ut cum ostenderet maledictiones, quas Deus in hominum genus coniecerat, a Christo solutas fuisse, maledictionis plurimae ad corpus, nullius ad animam pertinentis meminisset.

Hae tandem causa fuit, cur in nulla parte operum mentionem gratiae interioris fecerit: Neque vero facere potuit; quisquis enim Christum opinatus fuerit, solum esse hominem, hunc oportet, quod saepe repetit Cyrillus, negare humani generis veram illam redemptionem, qua liberamur a peccato, totumque incarnationis fructum in exemplo Christi ponere, quod Pelagianae pestis nocentissimum venenum est.

§. V. *An erraverit Nestorius, circa modum, quo Christi corpus Eucharistia symbolis praesens sistitur.*

Difficultas
quaestiois &
simul necessitas.

UT inquisitio quinti erroris de Eucharistia admirabilior futura est, propter novitatem; ita & operosior videtur, propter praedictam quorundam sententiam: necessaria tamen est cum Nestorii ipsius causa, tum aliorum; & Nesto-

rii quidem, quoniam, ut ait Cyrillus, Nestorius & ei in eadem quaestione magis nocens quam Nestorius dicitur. Aliorum vero, quia inter controversiarum tractatores scholasticosque theologos reperitur, qui dicent, Nestorianos de Eucharistia recte sensisse, quamvis de conjunctione carnis cum Verbo errarent. Quis porro sit sensus verborum vel Cyrilli, vel doctorum, quos dixi, non est difficile intelligere: planus certe mox fiet, postquam cetera, quae reconditoris sunt doctrinae, explicata fuerint.

Ut autem explicentur, observandum est, primo, Cyrillum & apud se sensisse, & Patribus Ephesinis persuasisse, tres in Eucharistia participatione cogitari debere uniones: unam carnis Christi cum Verbo, eamque immediatam & physicam; alteram carnis nostrae cum carne Christi, & eam quoque immediatam & physicam; postremam mediatam corporis nostri cum Verbo, ex quo, sic tanquam ex fonte omnis vitae, non tantum in animam spiritalis vita, sed in corpus quoque immortalitas efflueret.

Quapropter in eo Cyrillus vim Eucharistiae efficientiamque collocabat, quod vere a nobis manducetur caro facta *carnis*, propter unionem cum Verbo *in* *carne* *carnis* *ipsius*: atque idcirco Nestorium merito arguebat, quod vim Eucharistiae *carnis* infringeret, sublata carnis cum Verbo *in* *carne* *carnis*. Si enim nulla est carnis cum Verbo vitae fonte unio vera, nulla quoque est Verbi cum carne nostra vera unio, atque ita in corpus nostrum e Verbo per communionem immortalitas non profluit. Non tamen sine causa theologi, quos laudavi, Nestorianos dixerunt, de Eucharistia recte sensisse, nec a Cyrilli sententia recessisse: Cyrillus enim de vi efficitrice Eucharistiae, quam insingi a Nestorio querebatur; isti de reali praesentia carnis Christi cum symbolis loquebantur, quam praesentiam Nestorius, cum tota sui temporis praesentia Ecclesia, fatebatur.

Hanc vero Nestorii fidem, cum alia multa demonstrant, tum ea maxime, quae sermone 11. v. 11. & 19. continentur, in quibus ait, carnem Christi a nobis manducari, nec tamen eodem modo, quo cibus invisibilis mentium, divinitas. Interrogabat enim, cum dictum illud Christi exponeret: *Qui manducat me, & ipse vivit;* quem manducemus: divinitatem, an carnem; ve ostenderet naturas per incarnationem non esse confusas aut conversas, quandoquidem una manducatur, nempe caro, altera non manducatur, nimirum divinitas. Sumit ergo quae sermone confessam & non dubiam, carnem Christi a nobis manducari ad sacram mensam: alioquin ex eo, quod divinitas non manducetur, caro manducetur, stulte omnino concludisset, naturas in Christo per incarnationem, neque confusas fuisse, neque invicem commutatas. Responsum enim continuo fuisset, utramque ore solo mentis manducari, neutram ore carnis.

Huc facit quod habetur sermone 11. ubi idem argumentum tractat Nestorius, aitque: *Nec Dei Verbi mortem nos annuntiamus, cum Domini corpore & sanguine pascimur; Dei enim natura sacrificium suscipit, non ipsa sacrificii immolatur.* Concludit enim eo loci naturarum *divinitatis* & *divinitatis*, ex eo quod non immoletur divinitas, sed caro in sacrificio, quod tunc peragitur, cum corpore & sanguine Domini pascimur: qui enim fieret, ut vnum immolaretur, alterum non item, si vel ambo

Tres uniones
in Eucharistia
participatio-
ne.

In quibus vim
Eucharistiae
ponebat Cy-
rillus.

Nestorius
agnovit real-
em corporis
Christi praesentiam
in Eucharistia.

in unum coissent, vel alterum transisset in alterum. Sui porro ratiocinii principium accepit, corpus Christi quod idie inter sacra mysteria & immolari, & edi: quod nisi velut indubitatum sua ætate atque concessum sumpserit, incidisset procul dubio in auditorum omnium reprehensionem,

Denique, Nestorium de reali corporis Christi præsentia cum symbolis Cyrillo consensisse, vel inde apertum est, quod aliquin Cyrillus ejusmodi præsentia vehementer assertor, dissentientem acriter increpasset; siquidem ubique passim ex manducatione carnis Christi argumentum desumebat ad suam sententiam firmendam.

Porro autem, quod dixi, Cyrillum fuisse vehementem realis præsentia assertorem, probatione non admodum eget, cum ab ipso Calvinianis eam ob rem aliquando reprehendatur. Et vero qui manifestus valuit sententiam dicere, quam vel in expositione vndecimi anathematismi, vel respondens Nestorio quarenti, quem manducemus, divinitatem, an carnem.

Quemadmodum, inquit, vivificum est illud ipsum Verbi corpus, quod sibi proprium fecit per veram unionem, que & intelligentiam & sermonem superat; sic nos quoque, qui illius sancte carnis & sanguinis ejus participatione fruimur, omnino vivificamur: cum in nobis maneat Verbum, non solum divino modo, per sanctum spiritum, verum etiam humano, per sanctam illam carnem, pretiosamque ejus sanguinem. Et postea: In nobis manet, & corruptionis vires efficit, dum se in nostra demittit corpora. ut dixi, etiam per suam carnem, que verus est cibus.

Quæ cum ita sint, mirari fatis non possum audaciam Albertini Calviniani sacramentarii, qui suas in partes Nestorium, quantumvis reluctantem, trahere nisus est: ipsum enim postquam ex hæretico catholicum fecit, quoad Incarnationis dogma, ex realis præsentia assertore in sacramentarium sibi similem, transformare conatus est, propter hæc sermonis secundi verba: *plum*

qui in seipso dicitur esse deum, non in seipso, sed in

TON APTON TOTTON, ut in
NEM HUNC necessario intelligit, aut accidentia panis absque panis substantia, aut verum substantia panem, aut proprium Domini corpus. Quartum enim aliquid fingi hic nullo modo potest. Primum autem non potest designare: tum quia ineptissimum esset dicere: Quotiescumque manducabitis hæc accidentia: cum accidentia cibus non sint; tum quia ibi agitur de illo pane, quem Dominus corpus suum appellaverat: non autem accidentia sunt: qua corpus suum esse dixerat, ut apud adversarios ipsos in confesso est. Non tertium: nam cum dicat corpus Domini esse panis illius antitypum, hoc est, rem seu veritatem ab illo pane tanquam a typo suo figuratam, typusque, ut notat Cyrillus: non sit veritas quam figurat, sed illius simulacrum; per PANEM ILLUM non potest intelligere proprium Domini corpus. Superest itaque, ut per eum intelligat verum panem substantialem: qui prout cum manducatur, hoc est, post consecrationem, substantialiter, qualis erat ante, permanet.

Hoc in ratiocinio tria mihi videntur peccari: primum vitio logicæ; alterum, mala fide; postremum, prava intelligentia, sive Nestorianæ sententia, sive questionis proposita.

An non est logicæ vitium, inter enumeranda, quæ significari possunt HUIUS PANIS

nomine, recentis tribus, prætermittere quatum, quod cum sit unicuique hæc in re obvium, rem omnino conficit, corpus nempe Christi symbolis indutum, seu Christum ipsum specie panis & vini absconditum? Unde Christus ipse dicebat, se, & manducari: *Qui manducat me, ipse vivet; & esse panem hunc, quem daturus foret: Ego sum panis, qui de celo descendi.*

An non pariter male fidei est, scire probe quidem unum istud contendit a Nestorio, panem eucharisticum non esse divinitatis, sed corporis figuram, qualiscumque tandem illa sit: & inde tamen concludere, a Nestorio dici hunc eundem panem non esse tantum figuram, quod unum satis erat ad propositum, sed esse figuram vacuum, quod minus ad rem erat: Deinde cur hoc in loco aliud significari dicatur, quam signum, & cum alterum pro altero ponatur, & locus non aliam postulet, quam significationem? Adde quod posuit idem sui esse signum, si geminam subinde speciem inducit, & altera sit alterius signum: vnde distinctio signi vacui & pleni orta est.

An non denique Nestorianam ille sententiam, questionemque parum assequitur: qui cum de reali præsentia controversia sit, de modo præsentia loquatur: cumque Nestorius impanator fuerit, ut non ostenderet, contendat ab eo conversionem admirabilem, quam catholica Ecclesia contra Nestorianam tueret, non fuisse defensam.

Sed jam tempus est id demonstrare, quod Nestorius mox dixi, Nestorium, etsi Christi corpus reapse præsens sub symbolis offerri crediderit in sacrificio, & in communionem manducari, in eo tamen circa modum præsentia errasse, quod corpus Christi pani crederet per meram conjunctionem atque conjunctionem conjungi, quod impanari nunc vulgo dicunt.

Id vero ut fiat manifestum, duo puto attentius observanda; & primum quidem istud, magnum esse Incarnationis atque Eucharistia conjunctionem, ut hæc illius extensio quædam & continuatio a Patribus vocetur: nam sicut per incarnationem Verbum humanitati, sic per consecrationem corpus Christi symbolis unitur. In utraque sit, ut propter ineffabilem quandam unionem, & eadem sit Dei hominisque persona, & unica corporis Christi ac symbolorum hypostasis. In utraque & Deus & corpus Christi latet, Deusque specie hominis, corpus Christi symbolorum specie videtur. Per illam Deus vere sit homo, per istam corpus Christi vere sit cibus. In Incarnatione propter admirabilem utriusque naturæ reciproce communicantur proprietates, ut Deus dicatur passus, &c. homo omnipotens, &c. in Eucharistia, propter sacramentalem carnis Christi cum symbolis conjunctionem, & caro tangi, & symbola vivificare dicuntur, &c. Ad Incarnationis veram fidem demonstrandam, hæc vna sufficit sententia, si proprio sensu intelligatur, *Verbum caro factum est*: sufficit quoque ad Eucharistia faciendam fidem hæc unica Christi vox in proprio sensu accepta, *Hoc est corpus meum*. Quid cætera persequar diligentius, cum nemini non facile ex his pateant?

Observandum deinde, non parvam intercedere Nestorianos inter & sacramentarios transubstantiationis hostes affinitatem. Ea mihi videtur quatuor capitibus constare: nam iidem utriusque principis videntur, iidem videntur argumentis, eadem captare effugia, iidem

Alterum, mala fide.

Tertium, prava intelligentia Nestorianæ sententia.

Incarnationis & Eucharistiae affinitas.

Joan. 1. v. 14.

Nestorianorum & sacramentarios cognatio.

Et hæc in parte Cyrillo consentit.

Quæ præsentiam realem apertè docet.

Lib. 4. c. 5. tradidit. cap. 5.

Notatur Albertini Calvinisti ratiocinium.

Serm. 2. num. 10.

Lib. 1. de Euchar. sacram. pag. 77. edit. vltima.

In quo tria peccantur.

Primum, vitio logicæ.

... Nestorius & ...
... trophetarum ...
... reperturum ...
... aruita recte ...
... carnis cum ...
... nsum verborum ...
... dixi, non ...
... ex mox fiet, ...
... ris sunt do- ...
... lum est, pri- ...
... & Patribus ...
... uitate parti ...
... vnam car- ...
... mediatam & ...
... tum carne ...
... & physicam; ...
... cum Ver- ...
... monis vite, ...
... vita, sed ...
... eret. ...
... iucharistia ...
... re a nobis ...
... unionem ...
... vn: atque ...
... quod vim ...
... ata carnis ...
... est carnis ...
... la quoque ...
... lo, atque ...
... munio- ...
... amen sine ...
... tianos dic- ...
... ec a Cy- ...
... le vi effe- ...
... Nestorio ...
... nis Chri- ...
... præsen- ...
... tis præsi- ...
... nia multa ...
... none 11. ...
... tit, car- ...
... amen co- ...
... livinitas. ...
... Christi ...
... ites quem ...
... em; vt ...
... non esse ...
... m vna ...
... mandu- ...
... uasirem ...
... Christi a ...
... loiquin ...
... caro, ...
... natu- ...
... se con- ...
... is. Re- ...
... que ore ...
... nia. ...
... i. vbi ...
... itaque: ...
... cum ...
... si enim ...
... cio im- ...
... rarum ...
... in im- ...
... ficio, ...
... angui- ...
... vnum ...
... ambo ...
... in

loquendi formulis errorem suum exponunt.

Hisdem principis vrantur.

Hæc certe sunt & illis & istis communia principia. I. Nullam agnoscere, sive naturarum in Christo, sive partium in Eucharistia, vnitio- nem, præter moralem, quæ in his dicatur & pura, ne major aliqua scilicet vnitio- rum induceret. II. Duas admittere in suo singulos composito hypostasies, ne quæ vniuntur, vel imperfecta evadant, vel suæ essentia detrimentum capiant. III. Negare, quod possit quidquam aliena subsistentia nisi, ne vel huma- nitas substantialiter a Verbo assumi, vel acci- dentia sine subiecto existere credantur. IV. Re- jicere vnitioem omnem majorem, ne caro Christi, vel coextendatur Verbo, vel sit im- mensa.

Hisdem argu- mentis v- gentur.

Premuntur pluribus quidem vtrique argu- mentis, sed vno maxime, quod ex his Evan- gelicis, & Christianicis verbis sumitur: VERBUM CARO FACTUM EST; &: HOC EST COR- PUS MEUM; si modo, ut par est, & proprie, & juxta traditionem Patrum, & secundum com- mune fidelium sententiam, & congruenter aliis Scripturæ locis, in quibus eadem res agi- tur, intelligantur.

Eadem se- ctantur effu- gia.

Eadem sectantur effugia: nam primo vtrique ob- jectum sibi Scripturæ locum figuratum esse, opiniosissime defendunt; & quod mirabile est, eandem vtrique figuram causantur. Deinde, vtrique Patrum auctoritatem, sin minus aperte contemnunt, certe elevant. Denique sola judice Scriptura vtrique litem dirimi volunt. Sed locos inde proferant eadem, quod stupendum est, & frange corruptos, & violentia detortos, quod sigillatim ostendere nec difficile est, nec neces- sarium, cum vnicuique vtrorumque libros le- genti testimonia occurrant, non multitudine magis quam evidentia, fidem dictis nostris fa- ctura.

Eodem modo loquantur.

Eodem, & illi de Christo, & isti de Eucha- ristia, modo loquantur. Nestoriani olim neg- abant, ostenso Christo, dici posse proprie: Hic est Deus; sed Dei dumtaxat simulacrum, & aliud aliquid ejusmodi. Demonstrata Eucha- ristia, sacramentarii vetant, nequis audeat as- serere, hoc esse proprie corpus Christi, sed cor- poris signum, figuram, antitypum, &c. Chri- stum fatebantur Nestoriani posse vocari Deum, sed iniquis: aut sacramentarii pariter Eucha- ristiam vocari quidem corpus Christi, sed quædam, &c.

Cor Nestorius a fide Ecclesie recesserit, aut recessisse vi- deatur de Eucha- ristia.

Observandum denique, Nestorium, cum duas in Christo naturas integras, inconfusas, & impermixtas agnosceret, quod catholicum fuit; sola tamen eas conjunxisse, & non xpi naturam, quod alienum a fide. Constitit ergo medius, inter vnitioem hypostaticæ & con- fusionis auctores; ideoque cavet diligenter, ut, ne verbo quidem, vel his, vel illis accedere videretur. Quare cum probe intelligeret, nihil esse cognatius, nihilque similis, quam Chri- stum & Eucharistiam, de vtroque pariter sibi, & sentiendum putavit, & loquendum; ne siquid incautius de altero mysterio dixisset, id suæ de alte- ro sententiæ noceret. Aut fuit igitur recipia sacra- mentarius, cujusmodi nunc Lutherani, aut cer-

te videri potest gravissima suspitione laborare. Atque ita Cyrillus non sine causa scripsit, Nestorium alioque eadem cum ipso sentientes, negant quod in personis dubium: quippe quæ, non tantum in reali corporis præsentia posita sit, sed etiam in ipsius cum symbolis vnitioem pene substantiali, & hypostatica suppari, quæ sine transsubstantiatione contingere non potest.

Hanc suspitionem mirum in modum augent quatuor. Primum, quod legitur apud Leontium de Theodori Mopsuesteni sectariis, (fuit, quod sæpe dictum est, Theodorus Nestori & Theo- doreti communis magister) qui non nemini moleste ferenti modum quem servarent, cau- santique fieri non posse, ut simul & cum ipsis communio haberetur & cum Ecclesia: quippe cum aliter Ecclesia, aliter illi sacra mysteria tractarent. Non oportet; inquietant, te moleste ferre hanc aconomiam: panis enim in typum CORPORIS CHRISTI PROPOSITUS, non plus benedictionis participavit, quam panis, qui in foro venditur, & quam panis, quos Philoma- rianite offerunt in nomine Mariae. Vides, quo- modo Nestoriani tandem illi ad sacramentarios, quales sunt Calvinistæ, paulatim defecerint: pronus enim est ab vno errore ad alios lapsus.

Quatuor ar- gumentis au- getur suspi- cio. Lib. 1. contra Nestorian. & Eustochian. num. 5.

De Philomar. agit Eustoch. lib. 78. num. 25.

Locus Leontii emendatus.

Hunc locum librorum incuria corruptum restitimus, addita particula negativa, quam sententia de pane in typum proposito, ac tor- tis mulierum Mariæ sacrificantium, & scopus loquentium, aperte exigebat.

Secundum, quod Theodoretus, Nestorio in- primis addictus, & tunc cum Eranistem scribe- ret, cum ipso pariter in Christi mysterio aber- rans, visus est magni nominis, magnæque do- ctrinæ viris, Cusano & Alano cardinalibus, Gregorio de Valentia, & Gamachæo theologis, ipsique dialogorum Eranistæ Græcorum primis editoribus Romanis, de vnitioem corporis Christi cum symbolis non aperte satis, pro catholica veritate transsubstantiationis, sentire; imo in oppositam partem, cognati erroris impulsu ab- reptus, inclinare.

Tertium, quod sacramentarii Calvinistæ, sui quoque erroris pondere, in Nestorium vicissim, sin minus omnes, saltem plerique propendunt. Id vero cum fama didicissem, atque etiam re- latione viri non dignitate magis quam scrip- tione præstantis, a ministro Calviniano scriptis editis non obscure præditum legi: nam & ex- pressis verbis negat, nec sine pluribus argumen- tis, Virginem posse dici proprie Deiparam; & affirmat suos hodie a Deipara appellatione absti- nere.

Quartum, quod tradit Hilarius libro 8. de Trinitate, ubi cum dixisset, carnem & sangui- nem accepta atque hausta id efficere, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit, subjungit: Anne hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui CHRISTUM JESUM ve- rum esse Deum negant. &c. quasi diceret: Ne- gare nemo potest, quin vere caro & vere san- guis Christi, id est, hominis-Dei accipiat, at- que hauriatur, nisi qui CHRISTUM JESUM verum esse Deum patitur negaverit.